

Resp. Esse ambiguitatem in Compositio-
tione particulæ *unicus*, qvæ non debet re-
ferri ad prædicatum: in oppido, sed hoc
seqvi: Ergo & hic fons, qui *unicus* est in
meā domo, simul est in oppido.

14. *Sola voluntas vult:*

Voluntas nunquam est sola;

E. non vult sola.

Resp. Exclusiva determinat prædicatum
vult, i. e. voluntas vult, & non alia poten-
tia; Interim non est sola.

15. *Impossibile est album esse nigrum:*

Hic paries est albus:

E. impossibile est hunc parietem esse ni-
grum.

Resp. Major in sensu *composito* est vera,
in sensu *diviso*, falsa.

16. *O. Philosophus est necessariò doctus:*

Q. homo est Philosophus:

E. Q. homo est necessariò doctus.

Resp. Danhauerus Id. Bon. Disp. p. 164. ma-
jor vera est in sensu *composito*: falsa in *di-*
viso, & sic emendabitur:

O. Phi-